



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LXVIII. Schreiben des Herzogs Albert von Sachsen an die zur Handhabung
des allgemeinen Friedens verbündeten Städte Mainz, Cöln, Speier u.a.,
wegen der Wahl des Markgrafen Otto von Brandenburg zum ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Cistercensis Ordinis Brandenburgensis Dioecesis, et Priori provinciali fratrum predicatorum Alamanie suis dederit litteris in mandatis, ut vobiscum, non obstante, quod coniuncti estis consanguinitatis linea, possitis ad invicem matrimonium contrahere et consummare contractum, ac in eo licite remanere, auctoritate sua dispensare curaret, idem Abbas, cui dictus Prior in hac parte commiserat vices suas, vobiscum super hoc auctoritate litterarum huiusmodi dispensavit, vosque pretextu talis dispensationis matrimonium ad invicem contraxistis, carnali copula subsecuta. Verum quia inter te Juttam, et quondam Ottonem, natum nobilis viri Ducis de Brunelwic, in quarta tibi consanguinitatis linea atinentem, per verba de futuro sponsalia de facto, cum de iure nequiverint, intervenisse dicuntur, et idem Otto nepos tuus, Marchio, existeret, de quo in eisdem litteris mentio non habetur, petiistis humiliter, vobis super hoc per Sedem Apostolicam salubriter provideri. Nos itaque de Domini Pape, cuius penitentiarie curam gerimus, speciali mandato, oretenus nobis facto, dispensamus vobiscum, ut in sic contracto matrimonio licite remanere possitis, impedimento huiusmodi non obstante. Datum Laterani, II. Idus Januarii, Pontificatus domini Alexandri PP. III. Anno secundo.

Datum Laterani, XII. Kalendas februarii, Anno secundo.

Nach einer Abschrift des Vaticanischen Geh. Archives. — Bereits mitgetheilt in L. v. Ledebur's Allg. Archive VIII. 288—289 durch G. W. v. Raumer.

LXVIII. Schreiben des Herzogs Albert von Sachsen an die zur Handhabung des allgemeinen Friedens verbündeten Städte Mainz, Cöln, Speier u. a., wegen der Wahl des Markgrafen Otto von Brandenburg zum Römischen Könige, vom Jahre 1256.

Albertus, dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westphalie, dilectis sibi Mogunt. Colon. Spiren. Argent. Basilien. Herp. suen. frankenword. Geilimhufen. et Oppinhaim. Fridebergen. Boperdien. Haginowen. et uniuersitatibus omnium ciuitatum, Sancte pacis federe conjuratis, paratam ad beneplacita uoluntatem. Studiis uestris bonis et sanctis in domino congaudemus, in quibus vos pacem et commune bonum ecclesie ostendistis et ostenditis diligere ac fouere, uniuersitati uestre toto corde gratias referentes ac vita semper et rebus apud uos promereri cupientes, quod sub spe pacis habende et concordie nos et alios principes ad communem et concordem Romani regis electionem tam sollicito investigare curastis, uestrum consilium et auxilium fideliter adhibendo. Quia igitur tam nos quam alii principes uobiscum in eodem proposito concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis intendamus, (nec) ad presens uisum nobis est, aliquem ad tam sanctum propositum posse assumi uel inueniri, sicut illustrem uirum dilectum consanguineum nostrum Ottonem, marchionem Brandinburgensem, cui, si in Regem fuerit sublatus, Omni quo possumus auxilio uolumus non deesse, et ipse ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque uestrum et aliorum amicorum suorum omnino hoc recusare de cetero non audebit.

Datum Anno MCCLVI. (Littere in festo assumptionis gloriose virginis mariae misse Herbipolim in generale colloquium per uenerabilem virum fratrem Waltherum de Solce muneis ciuitatum).

Aus des Freih. von Freyberg Sammlung hist. Schriften und Urkunden I, 516. Daraus auch bei Perz, Monum. historica Germaniae IV. Legum II, 378.

LXIX. Des Markgrafen Johann von Brandenburg Schreiben an dieselben wegen eben der Sache, vom 15. August 1256.

Johannes, dei gratia Brandenburgensis Marchio, Mogunt. Colon. et ceteris ciuitatibus (ut supra) salutem et sinceram ad beneplacita uoluntatem. Studiis uestris bonis et sanctis in domino congaudemus, in quibus uos pacem et commune bonum ostendistis diligere ac fouere, vniuersitati uestre toto corde grates et gratias referentes, et hoc uita semper et rebus apud uestram dilectionem promereri cupientes, quod sub spe pacis agenda et conseruandae nos et alios principes ad concordem Romani Regis electionem tam sollicitè commonere curastis, uestrum consilium et auxilium unanimiter adhibendo. Verum quia nos ac alii principes in hoc concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis ecclesie intendamus, (nec) aliquod capud tam ydoneum ad tam sanctum propositum prosequendum poterimus inuenire, ut fratrem nostrum Ottonem, quem in Regem postposito omni dubio eligemus, et ipse, ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque uestrum ac aliorum amicorum suorum, omnino hoc reculare de cetero non audebit.

Datum Wolmerstede, Non. Augusti. (Litterae in festo assumpt. mariae etc. wie bei der vorhergehenden Urkunde).

Aus des Freiherrn von Freyberg hist. Schrift. und Urk. I, 517. Auch bei Perz, Mon. hist. Germ. IV. Leg. II, 379 abgedruckt.

LXX. Des Herzogs Albert von Braunschweig Schreiben an dieselben wegen der nämlichen Angelegenheit, vom Jahre 1256.

A., dei gratia dux de Brunswic, dilectis suis mogunt. Colon. Worm. et ceteris ciuitatibus (ut supra) paratam ad beneplacita uoluntatem. Studiis uestris bonis et sanctis in domino congaudemus, in quibus uos pacem et commune bonum ecclesie ostendistis diligere ac fouere, vniuersitati uestre toto corde gratias referentes, et hoc uita semper et rebus apud uestram dilectionem promereri cupientes; quod sub spe pacis agenda et conseruande et nos et alios principes ad concordem Romani Regis electionem tam sollicitè commonere curastis, uestrum auxilium et favorem unanimiter adhibendo. Verum quia nos et alii Principes uobiscum in hoc concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis ecclesie in-